

SYLLOGE
MONUMENTORUM,
AD

ILLUSTRANDAM
HISTORIAM FENNICAM
PERTINENTIAM.

CUJUS PARTEM IX,

CONS. FAC. PHILOS. IN REG. ACAD. ABOENSI,

PRÆSIDE

Mag. HENRICO GABRIELE
PORTHAN,

Reg. Canc. Consil. Elogv. Prof. R. & O. Eqv. Ord. R. de Stella
Polari, R. Acad. Litt. Human. Hist. & Antiquitt. R.
Societ. Sc. Upsal. &c. Socio,

Publicæ honorum censuræ submittit

CAROLUS GEORGIUS EKMARK,

Wiburgensis.

In Aud. Majori die X Jun. MDCCCIIK

Horis p. m. convetis.

ABOÆ, Typis FRENCKELLIANIS.

THESES RESPONDENTIS.

THESIS I.

Inter Religionem & rem moralem intimum intercedere nexum, neque in falsis religionibus, quin in ipso Ethnicismo, prorsus neglectum, quisque diligentius in hoc argumento examinando versatus haud diffculter cernit.

Thes. II. Quod autem Ethnici diis suis non modo imperfectiones sed etiam vitia tribuerunt, minus mirum videbitur ei, qui multos eorum primum non nisi personas fuisse allegoricas, ad certas res, magnum in vita humana momentum habentes adumbrandas adhibitas, v. g. bellum (*Martem*), amorem (*Cupidinem*), & sic porro, meminert.

Thes. III. Quomodo explicare etiam magnam partem oportet, quæ de invidia Deorum & despotica eorum, nec humanæ felicitati faventissima, voluntate vulgo perhibebantur: qua re nihil nisi incertitudinem & mutabilitatem, sæpe valde imperiosam, rerum humanarum inculcare, prisce ævi homines voluisse, credendum est.

Thes. IV. Oratori egregio Philosophiæ studium sapiens & sobrium vehementer prodesse, merito urgemus.

Thes. V. Verba Quintiliani "Pectus est quod disertos facit" ita non sunt intelligenda, quasi quis neglectis omnibus præceptis Rhetorum solius naturæ beneficio disertus evadere possit. Sed hoc involvunt: cum honestatem animi, tum de veritate & momento rei quam commendat persuasionem intimam, ejusque commendandæ studium acerrimum, vehementer ad orationis fure præstantiam & successum gignendum conferre.

Thes. VI. Consilium Carneadis, non quid ipse sentiret ostendendi, sed contra id quod quisque se sentire dixisset disputandi, veritati eruendæ ac stabilendæ minus fuisse idoneum, existimamus.

Thes. VII. Mutuam quidem indigentiam primam fuisse causam, quæ homines ad societatem inter se inveniendam impelleret, concedentes, tamen naturale etiam studium consortio aliorum utendi, generi nostro esse insitum, quod, mature sese quasi evolvit, ubi experimentum ejus celebrandæ fecerit, *Ciceroni* facile concedimus; quod ipsum ad societatem illam amplificandam & perficiendam imprimis contulisse, dubio vacat.

Thes. VIII. Leges Lycurgi sine quidem ab ipso intento satis eant accommodatæ; veræ autem civium promovendæ felicitati, humanitati & rationis præceptis, quominus satisfacerent, multum desunt.

tus Monasterii Pades, Ordinis Cisterciensis, Dyoce-
 sis Revaliensis, tenore præsentium constare volu-
 mus evidenter, Nos nomine Monasterii nostri ac
 nostro levasse & integraliter percepisse a circumspe-
 ctis viris ac discretis Tidhechino van Osten & Hen-
 rico Gruel, civibus Revaliensibus, ex parte Reve-
 rendi in Christo Patris, Domini Magni, Dei gracia
 Episcopi & Venerabilis Capituli Ecclesiæ Aboensis,
 Centum Nobulos Anglicanos pleni & sufficientis pon-
 deris, ad emendum & comparandam a nobili viro
 Bartoldo de Lechtes Milite, prædia seu redditus præ-
 diales duarum villarum, videlicet Harolve & Usky-
 la, cum colonis ibidem residentibus, in Dyocesi Re-
 valiensi, non longe a Monasterio nostro Pades con-
 stituta: pro quibus prædiis, auro venerabilis Patris
 Domini Episcopi & sui Capituli, ut præmittitur,
 comparatis, nos Tidhemannus Abbas & Conventus
 Monasterii prædicti, sub forma & modo justæ & le-
 gitimæ permutacionis, Piscariam nostram Salmonum
 in Helsingha & Jus Patronatus cum alio quocunque
 jure & redditibus in Ecclesia Borgha cum Capellis,
 ejusdem Dyoceosis Aboensis, ex donacione Illustri-
 simi Principis Domini Magni, condam Regis Sve-
 ciæ, ad nos & Monasterium nostrum rite spectanti-
 bus, una cum privilegiis & litteris memorati Prin-
 cipis & aliorum Illustrium Principum, successorum
 suorum (&) Nobilium, super præfatam Ecclesiam &
 Piscariam concessis, præfatis Reverendo Patri Do-
 mino Episcopo, & Venerabili Capitulo Ecclesiæ A-
 R boen-

boensis, eorumque successoribus, irrevocabiliter assignamus, appropriamus & pleno jure dimittimus perpetuo possidenda: astringentes nos & successores nostros sub integritate fidei, ad supradiēti magnifici Principis & carissimorum progenitorum ac liberorum suorum memoriam & alia pietatis obsequia, sicut hactenus feceramus, pro prædiis ac redditibus in hac permutacione receptis perpetualiter in nostro Monasterio observanda: adicientes (adjicientes) insuper & nos & nostrum Monasterium ad hoc efficaciter obligantes, quod si per aliquam potestatem spiritualem vel temporalem hujusmodi permutacionem contingeret irritari vel quomodolibet impediri, quominus prædictus Dominus Episcopus, ejus successores, vel suum Capitulum, de ipsis redditibus, proventibus & juribus libere possint disponere, uti nos hactenus disposuimus, eos libere possidendo, extunc nos vel successores nostri, infra annum dicta prædia in Harolve & Usikyla cum litteris super emptione ipsorum confectis, ipsis Episcopo & Capitulo, vel eorum successoribus, in perpetuam & liberam possessionem tradere, vel Centum Nobulos Anglicanos pleni ponderis eis restituere tenebimur cum effectu, nullo in hoc dilacionis vel excusacionis quæsito serupulo vel prætenso: & ipsi Episcopus & Capitulum litteras, privilegia & munimenta quæ super piscaria & redditibus prædictis ipsis tradidimus, nobis salva & integra cum sigillis, eo modo quo tempore tradicionis erant disposita, juxta tenorem

norem instrumenti publici super hoc Revaliæ confecti, absque diminutione aliqua restituere tenebimur (tenebuntur?). In quorum omnium & singulorum evidenciam firmiorem sigilla nostra præsentibus sunt appensa. Datum in Monasterio nostro Pades anno Domini MCDXXIX in profesto beati Olavi Regis & Martiris gloriosi.

Indid. Fol. 82 (a). Cfr. de toto hoc negotio,
R 2 præter

(a) Aliæ literæ pro ejusdem emtionis & venditionis veritate testanda atque confirmanda ab eodem Abbate ac Conventu, 2. 1428 die *Cosmæ & Damiani* datæ, ibidem Fol. 74 leguntur, quas apponere superfluum judicamus. — Ex his omnibus literis & testimoniis (cum quibus conferri etiam meretur vetus *Annotatio in Registro Eccles. Aboënsis* Fol. 73 fin. legenda, indeque disputationibus nostris; ad *Chronicon Juust.* p. 310 Not. 234 inserto) colligere licet: Lib-ralitatem R. Magni in Monachos Padisenses occasione itineris sui Livonici, initio anni 1351 suscepti, natam fuisse, illasque literas (supra N:o XXXIII) quas Sabbatho ante Dominicam Passionis (d. 26 Febr.) *Hafesalis* dedit, ordine fuisse primas, quas deinde re-dux *Aboë* confirmavit (Vid. supra N:o XXXIV, XXXVI, XXXII) atque novis additis commodis ornavit, literis d. 13, 15 & 16 Maji datis (nam etiam illas quibus eidem Monasterio Piscaturam Salmonum in anni Helsingensi donavit, ad hunc annum referendas esse, supra (p. 105 Not. (e)) significavimus. 2:o Conjecturam Nobil. DALINI, LAGERBRINGIO etiam adoptatam, de Curia *Saltvik* Episcopo *Hemmingo* (ad suum in Regis erga Padisenses

præter ea quæ habet *LAGERBRING Svea Rikes Hist.*
III Del. C. 6, §. 25, *Fol. Hebdom. Ab. a. 1785, Ap-*
pend. p. 94-III & Annot. ad Chron. Juust. p. 305-311.

XLIV.

*Rex Haquinus Legifero Finlandiæ jus tribuit suffragiû
in eligendo Rege Sueciæ.*

Vy Haquon med Gudz naadh Konunger Suerikis ok
Norgis, kennomps met teslo breffue, at [vi] med
radhe, samtykke oc gødvilia vars aldrakårifte faders
Konung Magnusa (a) ok Rikesins Raadh i Sverike,
som j Vpsalum når ofs vare, tha vi til Konung vel-
ias skuldor, thogen vi Herra Niclis Thureson som
Lagman j Österland år, j thet kor oc vaal, som
Lag-

liberalitatem consensum eliciendum) data, omni destitui
fundamento. Cfr. *Annot. ad Chron. Juust. p. 311 Not.*
235 & p. 272 Not. 178, & p. 791.

(a) Singularis est res, Filium *Haquinum* qui nuper Patri
(*Magno*) *associatus in imperio* fuerat, suo nomine, quasi
solus Rex esset, de negotio tanti momenti statuere, *con-*
filio tantum atque *consensu* Patris, (ut & *Consiliariorum*
Regni) *adhibito!* Quid si *Magnus*, licet ex carcere jam
liberatus, tamen quasi folio exutus adhuc respiciebatur,
a quo recuperando inimici sui eum omnino arcere stude-
bant, filium solum Regem agnoscentes?

Lagmen i Sverige aff alder haft hawa, swa som thesa: Lagmannen aff Vplandh, aff Sydermannalände, Östergötlande, Tiuhäredh (b), Västergötlandh, Nerike oc aff Västmannalandh, at the skulu Konung velia ok til Rike döma, ferdeles forthy aff alom Biskopsdomom i Sverige ägha Tolf men met therra Lagmanne til Mora stens ath koma ok ther Konung at velia vpa aldz almogens vegna (c), oc nu medhan Österlandh thet är eth Biskopsdöme oc eth Lagmansdöme, oc vare föräldre haffua thet a i troskap oc i kierlek funnet, tha är thet vel mögeli- ket (d) at the i then heder oc kerlek aff alder bliffue, som annors Biskopsdöme oc Lagmansdöme ära i Sverige (e), swa at huarjo sinne Konunger välias skal, tha

R 3

skal

(b) Vel *Tiobárad*, in Smolandia: cfr. *Leg. Upland.* (Kon. Balk. 1 Flock.) & *Cod. Christopb.* (Kon. B. 3 Cap.) In nostro exemplo vitiose *Triibárad*.

(c) Debebant quidem XII hi Electores, Legifero associandi, a populo cujusque provinciæ eligi; sed recte observat Nob. LAGERBRING (*Hist. Svec.* T. II, C. 13, §. 1, & C. 18, §. 2.) optimatum potentiam adeo jam invaluisse, ut ex eorum nutu omnia agerentur, & jura populi magis magisque obsolescerent, ac in verba inania mutarentur.

(d) *Fieri utique potest*, sc. jure, recte atque juste? H. e. æquum & justum est? — aff alder? in perpetuum?

(e) In recensu provinciarum jure Regem eligendi gavifarum, omittitur hic Wermelandia, quod & fit in Lege Uplandica;

Skal Lagmannen koma *met Klerkomen (f)* oc tolf
mannom aff almoghanom, oc Konung döma aff aldz
almogens vegna j Österlandh. Kan thet oc varda,
at thet år äntinge om vintertiidh, eller veder tedh
fortakat (g), ok Lagman med Klerkom oc almogha
ey thymeliga til thet Konungaval komet (g) gyta, tha
Gudh vil thet annan tiidh tima skal, tha skal thet Ko-
nungaval ej hindras for the dvaluna skuldh, utan
Lagman göre thet then tiidh han försth til Konungs
komber, som han skulde haffua giordth om han i ret-
tom thyma komit haffde. Til vitne oc åverdeliken
stadfestilse tesse breff ok gyärning sätyom vi vart in-
zicle met vars aldrekärifte Faders Konung Magnusa
incigle for thetta breff, oc met hederlikå Herra oc
andelika sädra incigle, Årkibiscop Påders aff Vpsa-
lum, biscop Nicliså aff Lincopunge, biscop Nicliså
aff Scarum, biscops Tirgillså aff Strengnesi, biscops
Magnuså aff Vesterars, biscop Hemings aff Abo, oc
biscop

in Sudermannica vero (ut & postea in Codice Christophoriano) additur. Plures autem fuisse Legiferos quam Episcopos, nota esse res.

(f) Hoc additamentum *neo veteri more nixum, nec ulla Lege confirmatum*, ostendit & Clerum impudenter satis (licet publico populi consensu destitutum) hoc jus involare conatum fuisse, & ejus partes in turbis hoc tempore excitatis haud exiguas fuisse.

(g) Legendum esse *fortaka & kome* (in infinitivo) patet.

biscop Thomas aff Wexio, oc met andra flera aff vara Radhe, som tha når ofs vara, som åre Her E-ringille Järils, Herra Niclis Thureson, Herra Benedictis Philippusson, Herra Karl Ulffson aff Toffton, Herra Gotzstaff Arfuidson, Herra Magnus Gissason, och Herra Narva Ingevaldzson Riddare, Arwedh Götzstaffson, Bo Jonsson, oc Finvit Finvidhson Sve-na, incigle. Actum & datum Vpsalen anno Domini Milleesimo trecentesimo sexagesimo secundo, die beati Sigfridi. (D. 15 Febr. 1362).

Indid. Fol. 39. Unde exscriptas commemorabiles has literas exhibuit Nob. LAGERBRING *Samling af åtsk. Handlingar* . - som kunna gifva ljus i *Svån-ska Historien*, I D. p. 193 sqq. Sed quod apographum nactus fuerat valde mancum & corruptum (h), repetendas curavimus in *Fol. Hebd. Aboëns.* a. 1784 N:o 20. Neque tamen ipsum exemplum vetus a vitiis omnino esse immune putamus? Cfr. *Annott. ad Chron. Junst.* p. 326 sq. Not, 260-263.

XLV.

Rex Albertus jubet Castrum in Kumo demoliri.

Albertus Dei gracia Svecorum Gothorumque Rex,
hono-

(b) Cfr. *Ejusd. Hist. Regni Svec. T. IV C. 54 Not. (e)*,
Nec solo illo vitio, quod ibi indicatur, laborat.

honorabilibus viris *Tyderico Wereggis (a)*, *Nicolao Kättilson & Ernesto Detzom (b)*, in Domino dilectionem & favorem. Conquesti sunt coram nobis, in præsencia Domini Patris nostri & Consiliariorum nostrorum, præsencium exhibitores, Nuncii ex parte totius Communitatis in Satagundia ad nos missi, quod fortalitium seu castrum infra ipsorum terminos instauratum, ipsis dampnum non modicum generat & gravamen (c), propter quod, ut asserunt, ipsius terræ Satagundiæ inhabitatores non valent onera juri nostro regio debita ulterius more solito ferre seu supportare, nisi ad hoc remedium adhibeatis maturius oppor-

(a) Unus fuisse videtur Germanorum illorum, quorum magnam catervam Rex Albertus secum adduxit: cæterum nobis ignotus.

(b) Aliis locis nomen ejus scribitur *de Dotzen*: cfr. *Annot. ad Chron. Juust.* p. 162. Not. unde eum ante a. 1374 *Capitaneum* fuisse *Finlandiæ*, simul discimus.

(c) De castro *Kumoënsi* (in parva insula, quam fluvius *Kumoënsis* format, non longe a prædio *Kumogård* sita, ubi adhuc supersunt quædam rudera), sermonem esse, probabile est. Hujusmodi autem castra incolis magno fuisse oneri, non tantum ob operas ad ea extruenda & conservanda, sed etiam commeatum, multasque alias res necessarias exhibendas, sibi subinde imperatas, nec non ob præfectorum & præsidiariorum licentiam, rapinas & varii generis vexationes, infelicibus his temporibus nullo fere coercitas freno, facile intelligas.

opportunitum. Unde vos & vestrum quemlibet seriose & affectanter requirimus & rogamus, quatenus hujusmodi fortalitium de loco in quo nunc instauratum est, quantocius removeatis, & funditus annullantes ipsum alibi in bonis nostris regalibus seu Coronæ, ubi discrecionibus vestris [magis] utilius visum fuerit, ita quod rei publicæ non inferat molestias, præjudicia seu dampna, de novo restauretis: in quo fortalitio seu castro *otio armigeros* vel citra pro ipsius & terræ defensione sustentare nostro nomine poteritis & tenere. Datis (Datum) apud portum *Võra* (d) anno Domini MCCCCLXVII, feria secunda proxima post festum beatorum septem fratrum, sub secreto nostro. (D. 12 Jul. 1367).

Indid. Fol. 109. Unde exscriptum habetur in *Diff. PETRI FORTELI* de primis initiis *Björneburgi* (quam, Respondente licet mortuo, Præses M. *Joh. Haartman*, Phil. Theoret. Professor, edendam curavit, Ab. 1732, 4:o) p. 8 sq. Cfr. *Annott. ad Chron. Juust.* p. 304 & Not. 228.

(d) Ubi hic sit quærendus, nos latet: nam in Ostrobotniam (ubi parœcia habetur hujus nominis, *Võra*, sed nullo portu memorabili insignis) Regem navigasse, vix credas? Suspicanur mendum latere in scriptione nominis?

XLVI.

Idem Villæ Ulfaby jura Urbicæ concedit.

Albertus Dei gracia, Svecorum Gothorumque Rex, dilectis sibi in Domino universis & singulis, tam præsentibus quam futuris, villam (a) *Ulfaby* inhabitantibus, pacem, gratiam & salutem. Universitatem vestram, una cum omnibus & singulis bonis vestris, mobilibus & immobilibus, sub nostram pacem & protectionem suscipimus specialem, dantes & concedentes vobis, ex consilio & consensu Consiliatorum nostrorum, tenore præsentium literarum, liberam facultatem, ut juri (jure) civili dicto *Byarko-Lagh* (b), seu libro legum per carissimum in Christo Avunculum

no-

(a) Oppida minora sic fuisse appellata, nomine ex Francorum *Ville* in hanc significationem corrupto, constat. Cæterum notum est, urbem, *Björneburgum* postea appellatam, ex veteri illo loco (cui itaque nomen *Gammelby* inde adhæsit) in vicinia Templi Ulfabyensis sito, ad inferiorem, (sive propius ad ostium fluvii Komoënsis) ubi hodie habetur, tempore R. Johannis III. Finlandiæ præfidentis, esse translata.

(b) Aliud exemplar habet *Biorkio-Lag*. Indicatur autem *Birke-Lag* (cf. *IBRE Glosar.* in voc. *Birke*, h. e. *Lex Urbicæ*, vel ut etiam vocari suevit, *Municipalis*, urbibus nostris lata.

nostram, Dominum Magnum, Dei gracia Sveciæ & Norvegiæ Regem, pro utilitate Civitatum & Villarum forensium (c) in regno nostro Sveciæ nuper edito, (d) de cætero in villa vestra, cum omnibus & singulis articulis & clausulis in dicto libro contentis, quibus civitates & villæ prædictæ uberius perfruuntur, uti libere valeatis. Unde omnibus Advocatis nostris, superioribus & inferioribus, eorum Officialibus, ac aliis quibuscunque, cujuscunque condicionis aut status existant, sub obtentu gratiæ nostræ disirictius inhibemus, ne vos vel vestrum aliquem in personis, bonis aut juribus seu legibus præmissis contra hanc nostram gratiam audeant impedire, aut quomodolibet indebite molestare. Datum apud Castrum Aboense anno Domini Millesimo CCCLX quinto, feria sexta proxima post festum beatæ Agathæ Virginis, sub secreto nostro præsentibus appposito impendenti. (D. 5 Febr. 1365).

Exhibet has literas BÜRNER de Stockholmia antiqua p. II, ex autographo descriptas: exempla earum cum in *Actis Palmköld*. N:o XIV Topogr. T. LVIII, Finl. Tavastl. p. 945, tum inter apographa olim

S 2

sim

(c) Nomine *Villarum forensium* hic significari *oppida*, ex contextu patet.

(d) Cfr. quæ De *Lege Wisbyensi* ab hoc Rege confirmata habet LAGERBRING d. c. T. III C. 4, S. 9.

lim Archivi Antiquitt. sub lit. E. 13 habentur (e).
Cfr. LAGERBRING Hist. R. Svec. T. III C. 6, §. 62
& Not. subiecta (6).

 XLVII.

Papa Urbanus VI remissionem peccatorum iis promittit, qui aut ipsi contra Rusfos pugnare, aut aliis pugnaturis subsidia pecuniaria præbere, voluerint.

Urbanus Episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus Linkopenfi & Strengenfi Episcopis, salu-

(e) Ubi aliæ quoque ejusdem Regis literæ, eodem anno datæ, reperiuntur, hanc rem attingentes: quæ incipiunt: . . . *Noveritis, quod nos ex speciali gracia Villanis nostris in Ulsby &c.* Superiunt autem monumenta, quæ jam ante literas illas Regias Urbis cujusdam initia in pago Ulsby existisse, haud obscure indicant, ipso nempe loci situ (sere in ostio fluminis magni) mercaturæ exercendæ opportuno, ad tale ineundum consilium invitante. Nec tamen omnino verisimilitudine caret traditio vetus, ab incolis propagata, qua prope Templum antiquum Kumöense urbem, illa Ulsbyensi adhuc antiquiorem, fuisse olim conditam, perhibetur. Cui traditioni suffragantur verba in commemoratis proxime literis occurrentia: *bona mea in Forsby in parrochia Kumu, fundum videlicet infra villam, cum agris prati ac alijs quibuscunque prope vel remote positis, qui quidam di-*

salutem & Apostolicam benedictionem. Apostolicæ sedis benignitas circumspecta cunctorum Christi fidelium quieti prospicere cupiens, eos cum sibi facultas suppetit protegit & tuetur: & dum per se non potest, alios fideles ad hoc Indulgentiis & Remissionibus libenter invitat. Sane nuper ad nostrum non sine mentis turbacione pervenit auditum, quod regnum Sveciæ a Ruthenis infidelibus & cismaticis (Schismaticis), eidem vicinis, sæpius impugnatur, & Christianorum sanguis ibidem effunditur ac in opprobrium catholicæ fidei per ipsos Ruthenos cædes, rapinæ & incendia Ecclesiarum, matronarum stupra & deflorationes Virginum perpetrantur; propter quod cum homines Christiani ipsius regni, qui numero infidelibus sunt pauciores, nequeant eis resistere, nobis supplicatum fuit, ut eisdem dignaremur de opportuno subvencionis auxilio providere. Nos igitur de hiis dolentes ab intimis, ac cupientes ut dictis infidelibus non solum resistatur, sed ipsi nichilominus impugnentur, universis Christi fidelibus dictos Ruthenos,

S 3

ipsum

Etus Bove in eadem villa possederat &c. siquidem vocabulum *Villa* hic, ut in Regis Alberti literis, *Urbem* significare putetur? Prædium nempe Forsby infra locum templi Kumöënsis situm est. Nisi aliquis nomine *Villa* vel Prædium olim Regium *Kumogård*, vel ipsum forte prædium *Forsby*, denotari existimet? Cfr. *Annot. ad Chron. Juust.* p. 321 Not.

ipsum regnum Sveciæ invadentes persequi præcipimus, hortamur, & ut fideles ipsi eo promptiores reddantur, quo majus præmium exinde se speraverint adipisci; fraternitati vestræ, de qua in hiis & aliis plenam in Domino fiduciam gerimus, (a) [a?] fidelibus eisdem pugnantibus, (pro) viribus & mora pugnæ sive belli, secundum nostrum arbitrium declarandis, (declarandi?) & [a b?] aliis utriusque sexus qui per se pugnare noluerint seu non potuerint, & ad stipendia pugnantium contribuerint, divitibus qui XX, & mediocriter divitibus qui X, pauperibus vero qui X florenos auri, vel plus secundum exigenciam facultatum solverint, recipiendi & colligendi hujusmodi pecunias, & ad stipendia pugnantium convertendi, & concedendi, ut Confessor quem quilibet eorundem fidelium duxerit eligendum, omnium peccatorum suorum de quibus corde contriti & ore confessi fuerint, semel tantum in mortis articulo, plenam remissionem ipsius & (ipsis in?) sinceritate fidei, unitate sanctæ Romanæ Ecclesiæ, ac obedientia & devocione nostra vel successorum nostrorum, Pontificum Romanorum, canonice intrancium, persistentibus, auctoritate Apostolica concedere valeat: sic tamen, quod idem Confessor, de hiis de quibus fuerit altera satisfactio impendenda, eam ipsis per eos, si per-

(a) Deesse quædam verba videntur (*facultatem conferimus?*)
 vel num respicitur ad *damus facultatem*, infra obvium?

pervixerint, & per heredes eorum vel alios, si tunc forte transierint, faciendam injungat, quam ipsi vel illi teneantur facere, ut præfertur, damus tenore præfencium facultatem; & ne, quod absit, idem (iidem) vel hujusmodi stipendiorum contribucionem erogantes, propter hujusmodi gratiam reddantur procliviores ad illicita imposterum committenda, volumus quod si ipsi ex confidentia remissionis hujusmodi alia forte committerent, quoad illa prædicta remissionis nullatenus suffragetur. Et insuper volumus, ut quælibet persona, quæ infra V Florenos manus ad dictam subvencionem porrexerint adjunctrices, vel propugnantibus & bono statu fidelium & Ecclesiæ universalis oraverint, juxta quantitatem elemosinæ & precantis affectum, particeps fiat indulgentiæ memoratæ, præsentibus post quinquennium, a die (quo) præsentis literæ in regno publicatæ fuerint, computandum, minime valituris. Datum Romæ apud sanctam Mariam [in] trans Tiberim, ydus Decembris, Pontificatus nostri anno primo. (D. 13 Dec. 1378).

Leguntur in Registro Aboënsi Fol. 61; unde excerptæ exhibentur in *Actis Liter. Sveciæ* a. 1724 p. 593 sqq. Adjecta etiam habetur *Revelationibus S. Birgittæ* T. 2 p. 349. Cfr. LAGERBRING l. c. p. 813 sq. Nott. 1 & 2. *Annot. ad Chron. Juust.* p. 410 & *A. CELSE Apparat.* P. 140 N:º 5; apud quem plures tales *Bullæ* Papatum *Cruciata* contra Ruthenos, diversis temporibus datæ, recensentur: ex. g. p. 109 N:º

16 & p. 122 N:o 20, *Johannis XXII* (a. 1326, 13 Aug.) & *Clementis VI* (a. 1350? d. 15 Mart.) de qua cfr. LAGERBRING l. c. C. 3 §. 12 & 29; C. 6. §. 17. Ut taceam supra p. 42 allatam.

XLVIII.

Idem electionem Beronis Episcopi Aboënsis confirmat.

Urbanus episcopus, servus servorum Dei, Venerabili fratri - - Archiepiscopo Upsalensi salutem & Apostolicam benedictionem. Ad cumulum tuæ cedit salutis & famæ, si personas ecclesiasticas, præsertim Pontificali dignitate præditas, divinæ propiciationis intuitu oportuni præsidii & favoris gratia prosequaris. Dudum siquidem bonæ memoriæ Johanne Episcopo Aboënsi, regimini Aboënsis ecclesiæ præsentente, nos cupientes eidem ecclesiæ cum eam vacare contingeret, per Apostolicæ sedis providentiam utilem & ydoneam præsidere (an præficere?) personam, *provisionem ipsius ecclesiæ ordinationi & dispositioni nostræ duximus ea vice specialiter reservandam, (a)* decernentes ex tunc irritum & inane si secus super hiis

(a) Singularis hujus Pontificiæ curæ & favoris, nullum aliud exemplum, Sedes Aboënsis, quantum scimus, experi ri coacta fuit. Quod jam ut avertere possent periculum, non est mirum, si prædia ecclesiæ vendere cogentur, pecu-